Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MATH

quidā de scribis ⁊ phariseis dicentes.
Magre uolumus a te signū uidere.
Qui respondens ait illis. Generatio
mala ⁊ adultera signum quirit ⁊ sig
num non dabit ei nisi signum io
ne prophete. Sicut enim fuit iona
in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctī
bus. ita erit filius hominis in cor
de terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Ni
niuite surgent in iudicio cum
generatione ista. ⁊ condempnabunt eam.
quia penitentiam egerunt in predicatione
ionē. Et ecce plus quam iona hic.
Regina austri surget in iudicio
cum generatione ista. ⁊ condempnabit
eam. quia uenit a finibus terre audi
re sapiam salomonis. Et ecce plus
quam salomon hic. Cum autem immundus
spiritus exierit ab homine ambulat
per loca arida. quirens requiem ⁊
non inuenit. Tunc dicit. Reuertar
in domum meam. unde exiui. Et ue
niens inuenit eam uacantem. scō
pis mundatam. ⁊ ornatam. Tunc
uadit ⁊ assumit septem alios spi
ritus nequiores se. ⁊ ingressi habitant ibi.
Et fiunt nouissima hominis illius
peiora prioribus. Sic erit ⁊ generatio
hunc pessime. Adhuc eo loquente
ad turbas. ecce mater eius ⁊ fratres
foris stabant. querentes loqui ei. Di
xit autem ei quidam. Ecce mater tua
⁊ fratres tui foris stant querentes te.
At ipse respondens dicenti sibi ait. Quis
est mater mea. ⁊ qui sunt fratres
mei. Et extendens manum in discī
pulos suos dixit. Ecce mater mea.
⁊ fratres mei. Quicumque enim fecerit uolun
tatem patris mei qui in celis est. ipse
meus frater. ⁊ soror. ⁊ mater est.

Capitulum xiii.

Illo die exiens
ihesus de domo sedebat secus
mare. ⁊ congregate sunt ad eum
turbe multe. ita ut in nauem
ascendens sederet. ⁊
omnis turba stabat multum
⁊ locutus est eis multa.
in parabolis dicens. Ecce exi
it qui seminat seminare se
men suum. Et dum seminat.
quedam ceciderunt secus uiam.
⁊ uenerunt uolucres celi ⁊ co
mederunt ea. Alia autem ce
ciderunt in petrosa. ubi non
habebant terram multam. ⁊
continuo exorta sunt quia non
habebant altitudinem terre.
Sole autem orto. estuauerunt. ⁊ quia non
habebant radicem. aruerunt. Alia ut
ceciderunt in spinas. ⁊ crescerunt spi
ne. ⁊ suffocauerunt ea. Alia uero ceci
derunt in terram bonam. ⁊ dabant
fructum. aliud centesimum. aliud
sexagesimum. aliud tricesimum. Qui
habet aures audiendi audiat. Et
accedentes discipuli dixerunt ei.
Quare in parabolis loqueris eis. Qui
respondens ait illis. Quia uobis da
tum est nosse mysterium regni ce
lorum. illis autem non est datum. Qui enim hi
habet dabitur ei ⁊ habundabit. qui autem non
habet. ⁊ quod habet auferetur abeo. Ideo in pa
rabolis loquor eis. quia uidentes non
uident. ⁊ audientes non audiunt.
neque intelligunt. Et adimplebitur
in eis profetia ysaie dicentis. Auditu
audietis. ⁊ non intelligetis. et
uidentes uidebitis. ⁊ non uidebitis.
Incrassatum est enim cor populi huius. ⁊
auribus grauiter audierunt. ⁊ oculos
suos clauserunt. ne quando oculis ui